Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Cxxj

121

Nullo et. Accesserunt ad ipsum
ydas sadducei: qui negant
esse resurrectionem: et interrogaverunt
eum dicentes, Magister moyses,
scripsit nobis, si cuius alicuius
mortuus fuerit habens uxorem
et hic sine filiis fuerit, ut ac-
cipiat eam frater eius uxorem et
suscitet semen fratri suo. Hep-
tem ergo fratres erant et primus
accepit uxorem et mortuus est sine
filiis. Et secundus accepit il-
lam et ipse et sine filiis. Et ter-
cius accepit illam. similiter septem
septem et non reliquerunt semen
et mortui sunt. Novissima omnium mortua est et mul-
ier. In resurrectione ergo cum erunt
uxor. Hii enim septem
habuerunt eam uxorem. Et ait
illis. Filii huius mundi nubunt
et traduntur ad nuptias. illi
autem qui digni habebuntur seculo illo. et resurrectione ex mortuis
neque nubent neque nubentur
uxores. Neque enim ultra mori po-
terunt. Equales enim angelis
sunt. et filii sunt dei cum sint fi-
lii resurrectionis. Quia autem resur-
gent mortui. et moyses ostendit
secus rubum. sicut dicit do-
minum deum abraham et deum ysa-
ac. et deum iacob. Deus autem
mortuorum non est. sed viventium.
Omnes enim vivunt ei. Respon-
dentes autem quidam scribae dixerunt.
Magister bene dixisti. Et amplius
non audebant eum quicquam interro-
gare. De sancta trinitate. Introitus.

Benedicta sit sancta
trinitas atque indivi-
sa unitas confite-
bimur ei quia fecit
nobiscum misericordiam suam.
Ps. Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu laudemus et superexal-
temus eum in secula. Coll.
Omnipotens sempiterne deus. qui de-
disti famulis tuis in confessi-
one vere fidei eternae trinitatis
gloriam agnoscere et in potentia
maiestatis adorare unita-
tem quesumus ut eiusdem fidei firmi-
tate ab omnibus semper muniamur ad-
versis. Per dominum. Ad romanos
Fratres: Altitudo divitiarum
sapientiae et scientiae dei.
quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius et investigabiles
vie eius. Quis enim cognovit sen-
sum domini: aut quis consiliarius
eius fuit. Aut quis prior dedit
illi et retribuetur ei. Quoniam ex
ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia. Ipsi honor et gloria in secula
seculorum. Amen. Gradualis Benedictus es
domine qui intuens abyssos et sedes
super cherubim. V. Benedictus es in
firmamento celi et laudabilis in
secula. Alleluia. V. Benedictus es domine de